b 14537333

IOSEPHI STEPHANI. VALENTINI. EPISCOPI ORIOLANI

DE VNICA. RELIGIONE

AD

VETVS. DICTVM

SALVS. POPVLI. SVPREMA. LEX. ESTO

CERTA quidem eſt omnium opinione, ac fama ſententia: SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO. Quae maximè cũ inclinationes temporum fiũt, & in omni caſu Reipublicae, tũ belli, & pacis artibus, & gubernatione, tenenda eſt. Cicero lib. 3. de legibus. *Quotcumque Senatus creuerit, Populus vè iuſſerit, tot ſunto. Regio imperio duo ſunto: iiq. praeeũdo, iudicando, conſulendo, Praetores, Iudices, Conſules appellantor. Militiae ſummum ius habento, nemini parento, SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO.*

Suprema lex dicitur, ad quam in extremis Reipublicae calamitatibus decurrendum eſt.

Cap. I.

C SVPRE

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

EXCVDEBAT. DIDA
cus. de la. Torre. Typo.
graphus
ORIOLAE. IN. PALA
TIO. EPISCOPALI
M.DC.III.

IOSEPHI
STEPHANI. VALENTINI
EPISCOPI. ORIOLANI
DE
BELLO. SACRO. RELIGIONIS
Cauſſa. ſuſcepto

AD

LIBROS. MACHABAEORVM

COMMENTARII

AD. S. D. N

CLEMENTEM. VIII

P. O. M

TOMVS. PRIMVS

Oriolae. in. Palatio. Epiſcopali. M. DC.III

Per. Didacum. de. la. Torre. Typographum

S. D. N

CLEMENTI. VIII

P. O. M

LEgitima bella, in quibus Imperii, & Religionis dignitas propoſita eſt, BEATISSIME PATER, ſeruandae fruendaeq. Iuſtitiae cauſſa geri debent, vt quas hoſtis in Rempublicā clades attulit, ferro vindicari, & quae vi iniuriaq. abrepta & deturbata ſunt, in priſtinam libertatem & ſtatum reſtitui & reuocari poſsint. Iuſtitiae finis amicitia eſt, humanae ſocietatis conciliatrix, quae tamquam comes ſociaq. victoriae, animos diſsidentes atque diſcordes ad communem beneuolentiam & pietatem adiungit. Vtroque planè in gerenda & adminiſtranda Republica officio magnificentiſsimè vnà cum ſuis functus eſt Iudas Machabaeus nomine, qui ſummi Imperatoris, ac Pontificis Max. munus tanta cum laude geſsit ac tenuit, vt breui Antiochi Epiphanis exercitum inſolentiùs ſe in Dei populum efferentem vicerit, ius faſq. ciuibus ſuis reddiderit, templum expiauerit, & Iudaeorum regnum à patriis moribus & pietate abalienatum, in communem pacem & religionem adduxerit. Praeſtitit quidem ille optimi Imp. officium in tuenda Iuſtitia, quae bellico virtutis &

victo

PROLEGOMENA AD LIBROS MACHABAEORVM

Vnde Machabaei nomẽ, & librorũ inſcriptio.

IOSEPHVS Gorionius lib. 3. cap. 9. Machabaei nomẽ, *Iudae*, obueniſſe á virtute & robore affirmat, quo praeditus fuit, dũ hoſtes Iſraëlis inſequeretur, ac vinceret, vt ſit á verbo כבה ideſt, exſtinxit, & מכבה quaſi exſtinguẽs. Saepe enim à bellãdi virtute multa apud Perſas nomina impoſita ſunt, vt Darius, ἑρξίης, à coërcendo, Xerxes, ἀρήιος, á bellando, Artaxerxes, μέγας ἀρήιος, á valde bellando, apud Herodotum lib. 6. Ammianus Marcellinus. lib. 19. *Artaxerxes, quod regibus imperans, & bellorum victor interpretatur.* Ita Mathathiã locutum affirmat Ioſephus loco citato, dũ ſuum filium virtutis, & pietatis ſucceſſorem ex nomine cõmẽdat, *O fili Iuda, qui ob robur virtutis Machabaeus.* 1. Machabb. 2. ℣. 66. *Iudas Machabaeus fortis viribus á iuuentute ſua vobis princeps militiae, & ipſe aget bellum populi.* Et cap. 3. ℣. 2. *Et induit ſe loricam ſicut gigas, & protegebat caſtra gladio ſuo.* Mercerius de Abreuiaturis Hebraeis, & Sixtus lib. 1. Bibliothecae. Genebrardus in Chronographia. anno 3922. Illuſtriſsimus. Card Baronius in Martyrologio. & alii, vocem ex quattuor litteris, quas ſuis in vexillis Iudas inſcripſit, compoſitam affirmant. מכבי quod in Hebraeo Exod. 15. ℣. 7. מי כמכה באלים יהוה *Quis ſimilis in fortibus Domine?* Solebant victores, vt Deo immortali victoriam adſcriberent, ſimiles litteras, tamquam exercitus teſſeras inſcribere, vt in Labaro Conſtantinus inſcripſit. Vexilla quoquẽ nomina Imperatorũ praeferebant. Dion Caſsius li. 40. *Ve-*

 xillum

IOSEPHI STEPHANI VALENTINI EPISCOPI ORIOLANI

DE ALEXANDRI IMPERIO

Ad Cap. I. Libri I. Machabaeorum

COMMENTARII

CAPVT PRIMVM

1 ET FACTVM EST, *poſtquam percuſſit
Alexander Philippi Macedo, qui primus re-
gnauit in Graecia, egreſſus de terra Cethim,
Darium Regem Perſarum, & Medorum:**
2 *conſtituit praelia multa, & obtinuit omnium munitio-*
3 *nes, & interfecit Reges Terrae:* & pertranſiit vſque ad*
fines Terrae: & accepit ſpolia multitudinis Gentiũ: &
4 *ſiluit Terra in conſpectu eius.* Et congregauit virtutem,*
& exercitum fortem nimis: & exaltatum eſt, & ele
5 *uatum cor eius:* & obtinuit regiones Gentium, & ty*
6 *rannos: & facti ſunt illi in tributum.* Et poſt haec de-*
7 *cidit in lectum, & cognouit quia moreretur.* Et voca-*
uit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti a iuuen
tute: & diuiſit illis regnum ſuum, cum adhuc viueret.
8 ** Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus*
9 *eſt.* Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnuſquiſque in*
10 *loco ſuo:* & impoſuerunt omnes ſibi diademata poſt*

mortem

EXCVDEBAT. DIDA
cus. de. la. Torre. Typo
graphus

ORIOLA. E IN. PALA
tio· Epiſcopali· M.DC.III

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA